

macera, vt in rosaceo dictum est, ita vt af-  
fuso prioris macerationis oleo temporis  
eodem spatio madere sinas: tumque postea  
exprimito atque recondito. Quod si ter  
quaterve macerare volueris, recens oicum  
semper iniicito. Potest & ex omphacino  
confici: sed illo modo melius. Eadem quæ  
sampsuchinum præstat: at minus est efficax.

*De Abrotonini confectione.*

CAP. LX.

Abrotoninum. In olei ad cyprinum con-  
ficiendum aromatibus imbuti libras ix. &  
quincuncem, abrotoni foliorum libras viij.  
immittito, ac posteaquam diem noctemq;  
vnam maceraueris, excolato. Quod si per-  
ennius ac magis durabile conficeret volue-  
ris, abiectis prioribus foliis, alia apponito,  
& macerata exprimito. Vim porro habet  
calfactoriam, ad vulvae præclusiones & du-  
ritias efficacem: menstrua secundasque  
pellit.

*De Anethini componendi ratione.*

CAP. LXI.

Anethi florum libras xj. & bessem in olei  
libris octo & dodrante diem vnam immer-  
gito, ac deinde manibus exprimito, atque  
reponito. Sin macerationem iterare volue-  
ris, recentem anethi florem similiter made-  
facito. Locos muliebres emolliendi rela-

D. iij.

xandique vi pollet , & ad rigores certo circuitu redeentes conuenit, quippe quod excalfaciat : laſitudines diſcutit , & articulorum doloribus auxiliatur.

*De Sufini compositione.*

C A P . L X I I .

Sufinum , quod litinum seu liliaceum nonnulli appellant, ita temperatur : Olei libras ix. & quincuncem , calami libras v. & quadrantem, myrrae quincuncem posteaquam vino odorato subegeris , coquito. Deinde colo traiectum oleum vna cum cardamomi tusi & aqua pluua macerati libris iii. & semisse refundito : ac vbi macerari sueris, exprimoto. Tum olei huius inspissati tres libras cum semisse sumito, liliaque numero mille. Horum decerpta folia in labello lato, non tamen profundo, ponito : affusisque oleo perunctis melle manibus versato. Tandem vbi diem noctemque vnam conquiescere sueris, mane in fiscellā translatum excolato : quod verò supernabit oleum illico ab aqua, quæ simul cum eo expressa fuerit, secernito. Neque enim ut roſaceum mistam sibi patitur aquam: concalfactum siquidem referuet atque computreſcit. In alia porrò vasa melle oblita ſepius transfundito, ſalem tenuem prius inpergens, & collectam immundiciem diligenter auferens. Expressum autem magma postquam

quam ex quasillo in labrum transtuleris, a  
romatibus imbuti olei par priori pondus  
rursum affundito, simûlque cardamomi tufi  
drachmas x. coniicito. Hæc vbi probè ma-  
nibus agitaueris, interiecta breui mora ex-  
primito, & quod deflueret repurgato. Tertiò  
denum affuso oleo, idem rursum facito, &  
cardamomum ac etiamnum salem insuper  
adiiciens, & manibus melle imbutis pre-  
mens. Erit porrò primò expressum oleum  
optimum: ab hoc secundum, quod sequit-  
tur: tertium locum sibi vendicat, quod po-  
stremum est. Tùm verò denuo lilia milie  
decerptis foliis sumito atque disponito: &  
affuso quod primò expressum est oleo, ean-  
dem quam in primo viam & rationem ini-  
to, idémque facito, cardamomum adhuc  
admiscent, ac deinde exprimens. Eadem  
quoque in secundo ac tertio, veluti dictum  
est, præstato, cardamomum pariter adi-  
ciens: deinde excolato, ac reliqua deni-  
que similiter conficito. Quò porrò fre-  
quentius lilia recentia maceraueris, eo po-  
tentius efficaciusve vnguentum habebis.  
Tandem cùm fatis esse tibi visum fuerit,  
ac cuique præparationi myrræ quam opti-  
mæ drachmas lxxij. croci drachmas x, cin-  
namomi drachmas lxxv. misceto. Alij croci  
& cinnamomi æquale pondus immisceret.

D. iiiij.

Hæc tusa cretaque in labrum cum aqua  
coniicito, primoque expressum vnguentum  
affundito: ac non ita multò pōst in vascula  
excipito sicca, prius illita gummi aut myrra,  
& croco ac melle aqua dilutis. Eadem  
in secunda, itēmque tertia expressione faci-  
to. Nonnulli verò simplex ex balanino aliō-  
ve oleo ac liliis cōficiunt. Excellere porrò  
videtur quod in Phœnice & Ægypto para-  
tur, ac cumprimis laudatur quod lilia redi-  
let. Vim habet excalysiendi, molliendi,  
aperiendique vulvæ præclusiones: eiusdem  
inflammationibus accommodatum est, ac  
in vniuersum ad muliebria mala est utilissi-  
mum. Conuenit & ad ulcera in capite ma-  
nantia, varos, furfures ac feruidas eruptio-  
nes. Vibices etiam quamprimum emendat,  
& reliqua cuti concolores efficit: denique  
egregiè rarefacit. Potum quoque bilem per  
aluum extrahit, vrinamque ciet: at stoma-  
cho noxiū est, nauſeāmque parit.

*De Narcissini mistura.*

## C A P . L X I I I .

Narcissinum oleum spissatur hunc in mo-  
dum: Olei eloti libras lxx & quincuncem,  
aspalathi libras vi. cum sextante sumito.  
Hunc tusum & aqua maceratum tertiae olei  
parti misceto & coquito. Dein exempto a-  
spalatho, calami libras v. & bessem adiicito:  
quin

quin & myrrhæ grumum vbi contuderis atque cibraueris, vino vetere odorato subigit, itidemque misceto atque decoquito. Simulac autem cum his effervuerit oleum, ab igne amoueto, & refrigeratum excolato. Tandem eius portionem in labelum refundito, & flores narcissi quamplurimos immittito, biduique spatio agitato: tumque, ut in Susino dictum est, excolato, ac frequenter decapulato: siquidem hoc quoque corruptioni est obnoxium. Facit autem ad vulvæ vitia: quippe quod ipsius duritas emolliat, præclusionesque aperiat: sed capit is dolores facit.

*De Crocini confectione.*

CAP. LXIV.

Ad præparandum Crocinum, oleum priori loco spissabis, velut in Susino dictum est, eadem seruata mensuræ ponderisque æquallitate. Sumptis igitur olei ad Susinum conficiendum spissati libris tribus & semisse, croci drachmas octo immittito, ac saepius quotidie versato, opere ad dies quinque continuato. Sexta demum die oleum pure probéque à croco succernito: eidemque croco parem olei modum affundito, & triduo agitato. Deinde vbi refuderis, myrrhæ tusæ & cibratæ drachmas x. l. admisceto, ac in pila exactè moueto, tandemque recondite.

Nonnulli verò oleo ad cyprinum conficien-  
dum aromatibus imbuto, etiam ad etioci-  
num vtuntur. Est porrò præstantissimum,  
quod abundè crocum spirat, estque id usui  
medicinae aptum : proximum verò, quod  
myrrham redolet. Vim habet excalciendi  
somniaque conciliandi : quod fit ut sape-  
numerò phreniticis subueniat seu perfu-  
sum, seu olfactum, seu denique naribus illi-  
tum. Pus quoque mouet & vlcera purgat.  
Valet & ad vteri duritias, præclusiones ma-  
lignaque vlcera, cum cera, creco, medulla &  
oleo duplo. Concoquit enim, emollit, hu-  
mectat ac etiamnum lenit. Facit & ad ocu-  
lorum glaucomata ex aqua sublitum. Huic  
autem proportione respödent butyrinum,  
onychinum & styracinum: quæ quidem vn-  
guenta nominibus tantum differunt, præ-  
parandi verò modo ac viribus sunt per-  
quam simillima.

*Dē Cyprini olei spissamento ac preparatione.*

C A P . L X V .

Sumito olei omphacini eloti ceramium  
vnum, aquæ pluiae tantundem cum semis-  
se: huius partem unam oleo affundito, alte-  
ram iniiciendis aromatis admisceto. Dein  
assumptis aspalathi libris v. cum semisse,  
calami libris vij. & semisse, myrræ libra u-  
na, cardamomi libris iij. & dodrante, hele-  
nij

nij libris ix. & quincunce, helenium & aspalathum vbi contuderis & aqua maceraueris, oleo incoquito donec conferuescant. Calamum autem contusum simul cum myrra vino vetere odorifero diluta subigit, exemptoque aspalatho calami misturam illam immittito. Vbi verò cum hac effebuerit oleum, amotum ab igne de aheno excalato, & ad cardamomum contusum aquaq; reliqua subactum affundito, ac spatha perpetuo & sine intermissione donec refrixerit peragitato. Postea percolato oleo, iij xlviij. libras olei, floris cypri libras xlvj. & bessem iniicito: atque vbi macerari sueris, per fascellam exprimito. Quod si copiosius desideraueris, florum recentium par podus immittito, ac similiter exprimito. Potes etiam iterum tertiove macerare, si volueris: efficacius enim hoc modo redditur. Eligi autem oportet bonum, quodque cum odoris gratia nares feriat. Sunt & qui cinnamomum immisceant. Porro vim habet calfaciendi, molliendi, osculaque vasorum aperiendi: atque adeò vulvæ neruorumque vitiis conuenit: sic & pleuriticis & fracturis, tum per se, tum etiam cerato immistum. Quin & in malagata quæ opisthotonicis, angina laborantibus & inguinum inflamationi conueniunt, itemque in acopa additur.

*De Irini spissamento.* CAP. LXVI.

Spathæ seu elatae quām minutissimè contusæ libras vj. cum besse in olei libris lxxij. & quincunce , ammixtis aquæ heminis decem, ærco vase coquito, quoad oleum odo rem spathæ contraxerit : hoc postea in craterem melle oblitum excolato. Ex hoc ipso aromatis imbuto oleo primum Itinum temperatur, iride in oleo spissato, velut inferiùs scriptum est, macerata, vel hoc modo : In olei libris lxx. & quincunce xylobalsami contusi, veluti dictum est, libras v. & sextantem excoquito : pellea detracto xylobalsamo, calami contusi libras ix. & dextantem ac myrræ grumum vino vetere odorato perfusum adiicito. Postmodùm assumptis olei spissati & aromatibus imbuti libris xiiij. iridis contusæ par pondus ad duos dies totidémque noctes in eo macerato : tandem que fortiter ac strenuè exprimito. Quod si vis efficacius fieri, æquale pondus secundò ac tertiò similiter maceratum exprimito. Est verò longè optimum, quod nullius alius præterquam solius iridis qualitate odoratum afficit. Tale porrò est, quod in Perga Pamphyliæ & Elide Achaiæ præparatur. Vim habet emollientem & calfactoriam: crustas ulcerum, putredines ac sordes repugnat: vulvæ affectibus confert, nimirum eius inflam-

inflammationibus atque præclusionibus: partus eiicit: hæmorrhoidas recludit: ad aurum sonitus ex aceto, ruta & amaris amygdalis prodest. Diuturnis etiā distillationibus, si nares eo illinantur, itēmque contra ozænas, auxiliatur. Aluum quoque purgar, cyathi mensura potum. Facit & ad ilei cruciatus, vrināmque ciet. Ægrè vomentibus opitulatur, perunctis eo digitis, aliisve quæ ad vomitum ciendum ori induntur. Angina quoque laborantibus illinitur, aut ex aqua multa gargarizatur, vt & contra arteriæ asperitatem. Datur & iis qui cicutam, fungos aut coriandrum hauserint.

*De Gleucini compositione.*

CAP. LXVII.

Gleucinum simplex præparatur ex oleo omphacino, schœno, calamo, nardo Galli-co, spatha, aspalatho, meliloto, costo, musto, circundatis interim vinaceis vasi quod aromata, vinum oleūmque continet. Triginta porrò diebus, bis singulis, permiscetur: post demum expressum oleum reconditur.

Vim habet calfaciendi, molliendi atque relaxandi: quò fit vt ad rigores & neruorum vulvæque affectus conferat. Omni autem acopo utilius est: quippe quod emolliat.

*De Amaracino.* CAP. LXVIII.

Fit in Cyzico Amaracinū probatissimum.

Paratur autem ex oleis omphacino & bala-  
nino: quæ quidem xylobalsamo, junco odo-  
rato & calamo spissata fuerint: suauiora ve-  
rò redditæ amaraco, costo, amomo, nardo,  
carpobalsamo & myrrha. Miscent & cinnam-  
momum, qui sumptuosius ipsum confi-  
ciunt. Assumuntur autem mel & vinum,  
tum ad vasorum illitionem, tum ad com-  
minuta aromata subigenda. Porrò calfacit,  
soporem inducit, valorum spiracula reclu-  
dit, emollit, fureorem excitat, vrinam cit,  
putredinibus ac fistulis conduit, ne non &  
aquosis ramicibus, post curationem ope ma-  
nus adhibitam. Crustas quoque ac efferata  
vlera circumquaque rumpit. Vrinæ diffi-  
cultati illita sede succurrit. Quia & huius i-  
psius inflammationibus & ad recludendas  
hæmorrhoidas itidem oblitum auxiliatur.  
Vtero appositum, menses ciet, vulvæ duri-  
tias & cedemata discutit: sauciatis denique  
nervis ac musculis confert, rarioribus lanæ  
hapsis eo irrigatis & impositis.

*De Megalo.* CAP. LXIX.

Quondam factitabatur, quod Megalium  
appellatur: at nunc planè intercidit. Verun-  
tauen ad historiæ complementum, eius  
quoque meminisse non abs re fuerit. Huius  
igitur mistura cum amaracino eadem est,  
nisi quodd resina amplius accedit, qua qui-  
dem

dem sola discrepat. Leniter emollit. Resina porrò neque conseruationis, neque voluptatis gratia, sed coloris crassamentique causa vnguentis adiicitur. Misctur autem terbinthina decocta, donec oleum desinat. Eius verò coquendæ ratio in resinae tractatione declarabitur.

*De Hedychroo.* CAP. LXX.

Sed & quod Hedychroon cognominat, quodque in Co præparatur, eisdem vires cundemque præparandi modum cum Amaracino obtinet: at odoratus existit.

*De Metopio.* CAP. LXXI.

Præparatur & in Ægypto vnguentum, vernaculo nomine Metopium dictum: scilicet propter galbani permissionem. Li- guum enim è quo galbanum emanat, Metopion Ægyptiis appellatur. Ex oleo omnipacino & amygdalarum amatarum, cardamomo, scheno, calamo, melle, vino, myrra, balsami semine, galbano & resina componitur. Probatur quod grauter olet ac pingue est, quodque cardamomum & myrram potius quam galbanum resipit. Vehementer autem calfacit, adurit, ora vasorum aperit, attrahit, ulceraque expurgat. Ad neruos & musculos præcisos efficax est, itemque ad aquosos ramiccs, septicis emplastris adhibitum. Malaginatis